



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 51. Carolus ex Italia discedere a Pontifice jussus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

A.C. 1495. Saecul. XV. ni par erat; quippe illius exercitus numero, ac viribus plurimum exhaustus lanquebat, ex adverso Fæderatorum copiae plusquam triginta armatorum millia recensabant, atque insuper media earum pars, constans ex Germanis, quibus Imperator stipendia numerabat, cunctos aditus occupabat, ac summa solertia muniebat; nihilominus Rex ad Aureliae Ducis libertatem animum adjecerat, cumque præstolaretur adventum decem millium Helvetiorum, qui Ductore Divionensi Præfecto Regem comitarentur, ipse interea Asta Taurinum contendit.

§. LI.

*Carolus ex Italia discedere a Pontifice iussus.*

*Guicc. l. c.  
Spond. ad  
hunc an. n. 19*

Cum Carolus Taurini ageret, ab Alexandro VI. summo Pontifice nuncium excepit, qui Sanctitatis suæ iussu Regi significaret, intra decem dierum spatium cum suis copiis ex Italia discederet, ac nulla mora suos omnes e Regno Neapolitano educeret, alioqui sub anathematis poena sese Romæ coram Pontifice sifteret. Ast hanc citationem Rex promerita elusit responsione, remque potius in risum vertit, ad facialem dicens, „dum „ Neapoli redieram, ut Pontifici pedes „ reverenter oscularer, Romam veni, „ me



„ me tamen Papa ibi expectare noluit, Sæcul. XV.  
 „ proin vehementer miror, quod nunc A.C. 1495.  
 „ tantopere, ut Romam irem, urgere ve-  
 „ lit: verumtamen, ut eidem obtem-  
 „ perem, in id incumbam, ut mi-  
 „ hi viam, quæ Romam ducit, a-  
 „ periam, adeoque Sanctitatem suam  
 „ rogo, ut me expectare in urbe non  
 „ gravetur, ne denuo frustra hoc in-  
 „ commodum suscipere cogar. „ Hoc  
 „ Regis responsum aulicis risum movit,  
 „ feccialis vero protinus discessit, satis con-  
 „ tentus, quod pejora expertus non esset.  
 „ Verum Pontifex ad hæc extrema prola-  
 „ psus non fuisset, nisi eum Veneti, ac  
 „ Ludovicus stimulassent, quibus se Gal-  
 „ lorum potentiam haud ultra vereri, pa-  
 „ lam facere gestiebat, quamvis brevi acer-  
 „ bo satis rudimento edoctus fuisset, Gal-  
 „ liarum Regem minas & Pontificis ful-  
 „ mina flocci pendere (\*).

## §. LII.

(\*) Æquius sentit Spondanus hæc verba  
 subjungens: *Nec tamen propterea Regem Ca-*  
*rolum ab illatis in Sedem Apostolicam injuriis,*  
*quæcunque illæ probatæ fuerint, aut ab osten-*  
*tata Alexandro Pontifici irreverentia excusa-*  
*re ullo pacto aut volumus, aut suscipimus.*  
*Sunt omnium testes historiæ, quæ rem deter-*  
*minent. Sic ille ad hunc annum num. 19.*